

LJUBLJANSKI ŠKOFIJSKI LIST.

Saibacher Dioecesanblatt.

Št. VII.

Vsebina: 41. Litterae apostolicae de Rosario Mariali. — 42. Ministerial-Verordnung in Betreff der Matrizen-Auszüge ungarischer Staatsangehöriger. — 43. Verordnung in Betreff der Dispensation vom Eheaufgebote hinsichtlich ungarischer Staatsangehöriger im Auslande. — 44. Ministerial-Erlass in Betreff der Todten-scheine belgischer Staatsangehöriger. — 45. Konkurzni razpis. — 46. Škofijska kronika.

1897.

41.

VENERABILIBVS FRATRIBVS
PATRIARCHIS PRIMATIBVS ARCHIEPISCOPIBVS EPISCOPIBVS
ALIISQVE LOCORVM ORDINARIIS
PACEM ET COMMVNIONEM CVM APOSTOLICA SEDE HABENTIBVS

LEO PP. XIII.

VENERABILES FRATRES
SALVTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Augustissimae Virginis MARIAE foveri assidue cultum et contentiore quotidie studio promoveri quantum privatim publiceque intersit, facile quisque perspiciet, qui secum reputaverit, quam excelso dignitatis et gloriae fastigio Deus ipsam collocarit. Eam enim ab aeterno ordinavit ut Mater Verbi fieret humanam carnem assumpturi; ideoque inter omnia, quae essent in triplici ordine naturae, gratiae, gloriaeque pulcherrima, ita distinxit, ut merito eidem Ecclesia verba illa tribuerit: *Ego ex ore Altissimi prodivi primogenita ante omnem creaturam.*¹⁾ Ubi autem volvi primum coepere saecula, lapsis in culpam humani generis auctoribus infectisque eadem labe posteris universis, quasi pignus constituta est instaurandae pacis atque salutis. — Nec dubiis honoris significationibus Unigenitus

Dei Filius sanctissimam matrem est prosequutus. Nam et dum privatam in terris vitam egit, ipsam adscivit utriusque prodigii administram, quae tunc primum patravit; alterum gratiae, quo ad Mariae salutationem exultavit infans in utero Elisabeth; alterum naturae, quo aquam in vinum convertit ad Canae nuptias: et quum supremo vitae suae publicae tempore novum conderet Testamentum divino sanguine obsignandum, eandem dilecto Apostolo commisit verbis illis dulcissimis: *Ecce mater tua.*¹⁾ Nos igitur qui, licet indigni, vices ac personam gerimus in terris Iesu Christi Filii Dei, tantae Matris persequi laudes nunquam desistemus, dum hac lucis usura fruemur. Quam quia sentimus haud futuram Nobis, ingravescente aetate, diuturnam, facere non possumus quin omnibus et sin-

¹⁾ Eccli. XXIV, 5.

¹⁾ Io. XIX, 27.

gulis in Christo filiis Nostris Ipsius cruce pendentis extrema verba, quasi testamento relicta, iteremus: *Ecce mater tua*. Ac praeclare quidem Nobiscum actum esse censebimus, si id Nostrae commendationes effecerint, ut unusquisque fidelis Mariali cultu nihil habeat antiquius, nihil carius, liceatque de singulis usurpare verba Ioannis, quae de se scripsit; *Acceptit eam discipulus in sua*.¹⁾ — Adventante igitur mense Octobri, ne hoc quidem anno patimur, Venerabiles Fratres, carere vos Litteris Nostris, rursus adhortantes sollicitudine qua possumus maxima, ut Rosarii recitatione studeat sibi quisque ac laboranti Ecclesiae demereri. Quod quidem precandi genus divina providentia videtur sub huius saeculi exitum mire invaluisse, ut languescens fidelium excitaretur pietas; idque maxime testantur insignia templa ac sacraria Deiparae cultu celeberrima. — Huic divinae Matri, cui flores dedimus mense Maio, velimus omnes fructiferum quoque Octobrem singulari pietatis affectu esse dicatum. Decet enim utrumque hoc anni tempus ei consecrari, quae de se dixit: *Florss mei fructus honoris et honestatis*.²⁾

Vitae societas atque coniunctio, ad quam homines naturâ feruntur, nulla aetate fortasse arctior effecta est, aut tanto studio tamque communi expetita, quam nostrâ. Nec quisquam sane id reprehendat, nisi vis haec naturae nobilissima ad prava saepe consilia detorqueretur, convenientibus in unum atque in varii generis societates coeuntibus impiis hominibus *adversus Dominum et adversus Christum eius*.³⁾ Cernere tamen est, idque profecto accidit iucundissimum, inter catholicos etiam admirari magis coeptos pios coetus; eos haberi confertissimos; iis quasi communibus domiciliis christianae vinculo dilectionis ita adstringi cunctos et quasi coalescere, ut vere fratres et dici posse et esse videantur. Neque enim, Christi caritate sublata, fraterna societate et nomine gloriari quisquam potest; quod acriter olim Tertullianus hisce verbis persequatur: *Fratres vestri sumus iure naturae matris unius, etsi vos parum homines, quia mali fratres. At quanto dignius fratres et dicuntur et habentur qui unum patrem Deum agnoscunt, qui unum spiritum biberunt sanctitatis, qui de uno utero*

*ignorantiae eiusdem ad unam lucem expaverint veritatis?*¹⁾ Multiplex autem ratio est, qua catholici homines societates huiusmodi saluberrimas inire solent. Huc enim et circuli, ut aiunt, et rustica aeraria pertinent, itemque conventus animis per dies festos relaxandis, et secessus pueritiae advigilandae, et sodalitia, et coetus alii optimis consiliis instituti complures. Profecto haec omnia, etsi nomine, forma, aut suo quaeque peculiari ac proximo fine, recens inventa esse videantur, re tamen ipsâ sunt antiquissima. Constat enim, in ipsis christianae religionis exordiis eius generis societatum vestigia reperiri. Serius autem legibus confirmatae, suis distinctae signis, privilegiis donatae, divinum ad cultum in templis adhibitae, aut animis corporibusve sublevandis destinatae, variis nominibus, pro varia temporum ratione, appellatae sunt. Quarum numerus in dies ita percrebuit, ut, in Italia maxime, nulla civitas, oppidum nullum, nulla ferme paroecia sit, ubi non illae aut complures, aut aliquae certe habeantur.

In his minime dubitamus praeclarum dignitatis locum assignare sodalitati, quae a sanctissimo Rosario nuncupatur. Nam sive eius spectetur origo, e primis pollet antiquitate, quod eiusmodi institutionis auctor fuisse feratur ipse Dominicus pater; sive privilegia aestimentur, quamplurimis ipsa ornata est, Decessorum Nostrorum munificentia. — Eius institutionis forma et quasi anima est Mariale Rosarium, cuius de virtute fuse alias loquuti sumus. Verumtamen ipsius Rosarii vis atque efficacia, prout est officium Sodalitati, quae ab ipso nomen mutuatur, adiunctum, longe etiam maior apparet. Neminem enim latet, quae sit omnibus orandi necessitas, non quod immutari possint divina decreta, sed, ex Gregorii sententia, *ut homines postulando mereantur accipere quod eis Deus omnipotens ante saecula disposuit donare*.²⁾ Ex Augustino autem: *qui recte novit orare, recte novit vivere*.³⁾ At preces tunc maxime robur assumunt ad caelestem opem impetrandam, quum et publice et constanter et concorditer funduntur a multis, ita ut velut unus efficiatur precantium chorus: quod quidem illa aperte declarant Actuum Apostolicorum, ubi Christi discipuli, expectantes promissum Spiritum Sanctum,

¹⁾ Ib. — ²⁾ Eccli. XXIV, 23. — ³⁾ Ps. II, 2.

¹⁾ Apolog. c. XXXIX. — ²⁾ Dialog. I. I. c. 8. — ³⁾ In Ps. CXVIII.

fuisse dicuntur *perseverantes unanimiter in oratione.*¹⁾ Hunc orandi modum qui sectentur, certissimo fructu carere poterunt nunquam. Iam id plane accedit inter sodales a sacro Rosario. Nam, sicut a sacerdotibus, divini Officii recitatione, publice iugiterque supplicatur, ideoque validissime; ita, publica quodammodo, iugis, communis est supplicatio sodalium, quae fit recitatione Rosarii, vel *Psalterii Virginis*, ut a nonnullis etiam Romanis Pontificibus appellatum est.

Quod autem, uti diximus, preces publice adhibitae multo iis praestent, quae privatim fundantur, vimque habeant impetrandi maiorem, factum est ut Sodalitati a sacro Rosario nomen ab Ecclesiae scriptoribus inditum fuerit „militiae precantis, a Dominico Patre sub divinae Matris vexillo conscriptae“, quam scilicet divinam Matrem sacrae litterae et Ecclesiae fasti salutant daemone errorumque omnium debellatricem. Enimvero Mariale Rosarium omnes, qui eius religionis petant societatem, communi vinculo adstringit tamquam fraterni aut militaris contubernii, unde validissima quaedam acies conflatur, ad hostium impetus repellendos, sive intrinsecus illis sive extrinsecus urgeamur, rite instructa atque ordinata. Quamobrem merito pii huius instituti sodales usurpare sibi possunt verba illa S. Cypriani: *Publica est nobis et communis oratio, et quando oramus, non pro uno, sed pro toto populo oramus, quia totus populus unum sumus.*²⁾ — Ceterum eiusmodi precationis vim atque efficaciam annales Ecclesiae testantur, quum memorant et fractas navali proelio ad Echinadas insulas Turcarum copias, et relatas de iisdem superiore saeculo ad Temesvariam in Pannonia et ad Coreyram insulam victorias nobilissimas. Prioris rei gestae memoriam perennem exstare voluit Gregorius XIII, die festo instituto Mariae victricis honori; quem diem postea Clemens XI Decessor Noster titulo Rosarii consecravit, et quotannis celebrandum in universa Ecclesia decrevit.

Ex eo autem quod precans haec militia sit „sub divinae Matris vexillo conscripta“, nova eidem virtus novus honor accedit. Huc maxime spectat repetita crebro, in Rosarii ritu, post orationem

dominicam angelica salutatio. Tantum vero abest ut hoc dignitati Numinis quodammodo adversetur, quasi suadere videatur maiorem nobis in Mariae patrocinio fiduciam esse collocandam quam in divina potentia, ut potius nihil Ipsum facilius permoveat propitiumque nobis efficiat. Catholica enim fide docemur, non ipsum modo Deum esse precibus exorandum, sed beatos quoque caelites¹⁾, licet ratione dissimili, quod a Deo, tamquam a bonorum omnium fonte, ab his, tamquam ab intercessoribus petendum sit. *Oratio*, inquit S. Thomas, *porrigitur alicui dupliciter, uno modo quasi per ipsum implenda, alio modo, sicut per ipsum impetranda. Primo quidem modo soli Deo orationem porrigimus, quia omnes orationes nostrae ordinari debent ad gratiam et ad gloriam consequendam, quae solus Deus dat, secundum illud Psalmi LXXXIII, 12: „gratiam et gloriam dabit Dominus.“ Sed secundo modo orationem porrigimus sanctis Angelis et hominibus, non ut per eos Deus nostras petitiones cognoscat, sed ut eorum precibus et meritis orationes nostrae sortiantur effectum. Et ideo dicitur Apoc. VIII. 4, quod ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum de manu Angeli coram Deo.*²⁾ Iam quis omnium, quotquot beatorum incolunt sedes, audeat cum augusta Dei Matre in certamen demerendae gratiae venire? Ecquis in Verbo aeterno elarius intuetur, quibus angustiis premamur, quibus rebus indigemus? Cui maius arbitrium permissum est permovendi Numinis? Quis maternae pietatis sensibus aequari cum ipsa queat? Id scilicet causae est cur beatos quidem caelites non eadem ratione precemur ac Deum, nam a sancta Trinitate petimus ut nostri misereatur, ab aliis autem sanctis quibuscumque petimus ut orent pro nobis;³⁾ implorandae vero Virginis ritus aliquid habeat cum Dei cultu commune, adeo ut Ecclesia his vocibus ipsam compellet, quibus exoratur Deus: *Peccatorum miserere.* Rem igitur optimam praestant sodales a sacro Rosario, tot salutationes et Mariales preces quasi sarta rosarum contextentes. Tanta enim Mariae est magnitudo, tanta, qua apud Deum pollet, gratia, ut qui opis egens non ad illam confugiat, is optet nullo alarum remigio volare.

¹⁾ Con. Trid. sess. XXV. — ²⁾ S. th. 2^a 2^{ae}, q. LXXXIII, a. IV.

³⁾ Ib.

¹⁾ Act. I, 14. — ²⁾ De orat. domin.

Alia etiam Sodalitatis, de qua loquimur, laus est, nec praetereunda silentio. Quoties enim Marialis recitatione Rosarii salutis nostrae mysteria commentamur, toties officia sanctissima, caelesti quondam Angelorum militiae commissa, similitudine quadam aemulamur. Ea ipsi, suo quaeque tempore mysteria revelarunt, eorum fuere pars magna, iisdem adfuere seduli, vultu modo ad gaudium composito, modo ad dolorem, modo ad triumphalis gloriae exultationem. Gabriel ad Virginem mittitur nuntiatum Verbi aeterni Incarnationem. Bethlemico in antro, Salvatoris in lucem editi gloriam Angel; cantibus prosequuntur. Angelus Iosepho auctor est fugae arripiendae, seque in Aegyptum recipiendi cum puero. Iesum in horto prae moerore sanguine exsudantem Angelus pio allioquio solatur. Eundem, devicta morte, sepulcro excitatum, Angeli mulieribus indicant. Eiectum ad caelum Angeli referunt atque inde reversurum praedicant angelicis comitatum catervis, quibus electorum animas admisceat secumque rapiat ad aetheros choros, super quos *exaltata est sancta Dei Genitrix*. Piissima igitur Rosarii prece inter sodales utentibus ea maxime convenire possunt, quibus Paulus Apostolus novos Christi assecclas alloquebatur: *Accessistis ad Sion montem, et civitatem Dei viventis, Ierusalem caelestem, et multorum millium Angelorum frequentiam.*¹⁾ Quid autem divinius quidve suavius, quam contemplari cum Angelis cum iisque precari? Quanta niti spe liceat atque fiducia, fructuos olim in caelo beatissima angelorum societate eos, qui in terris eorum ministerio sese quodammodo addiderunt?

His de causis Romani Pontifices eximiis usque praeconiis Marianam huiusmodi Sodalitatem extulerunt, in quibus eam Innocentius VIII *devotissimam Confraternitatem*²⁾ appellat; Pius V affirmat, eiusdem virtute haec consequuta: *Coeperunt Christi fideles in alios viros repente mutari, haeresum tenebrae remitti et lux catholicae fidei aperiri;*³⁾ Sixtus V, attendens quam fuerit haec institutio religioni frugifera, eiusdem se studiosissimum profitetur; alii denique multi, aut praecipuis eam indulgentiis, iisque uberrimis auxere, aut in peculiarem sui

tutelam, dato nomine variisque editis benevolentiae testimoniis, receperunt. — Eiusmodi Decessorum Nostrorum exemplis permoti, Nos etiam, Venerabiles Fratres, vehementer hortamur vos atque obsecramus, quod saepe iam fecimus, ut sacrae huius militiae singularem curam adhibeatis, atque ita quidem, ut, vobis adnitentibus, novae in dies evocentur undique copiae atque scribantur. Vestra operâ et eorum, qui e clero subdito vobis curam gerunt animarum, noscant ceteri e populo, atque ex veritate aestiment, quantum in ea Sodalitate virtutis sit, quantum utilitatis ad aeternam hominum salutem. Hoc autem contentione poscimus eo maiore, quod proximo hoc tempore iterum viguit pulcherrima in sanctissimam Matrem pietatis manifestatio per Rosarium, quod *perpetuum* appellant. Huic Nos instituto libenti animo benediximus; eius ut incrementis sedulo vos naviterque studeatis, magnopere optamus. Spem enim optimam concipimus, laudes precesque fore validissimas, quae, ex ingenti multitudinis ore ac pectore expressae, nunquam conticescant; et per varias terrarum orbis regiones dies noctesque alternando, conspirantium vocum concentum cum rerum divinarum meditatione coniungant. Quam quidem laudationum supplicationumque perennitatem, multis abhinc saeculis, divinae illae significarunt voces, quibus Oziae cantu compellabatur Iudith: *Benedicta es tu filia a Domino Deo excelso prae omnibus mulieribus super terram, . . . quia hodie nomen tuum ita magnificavit, ut non recedat laus tua de ore hominum.* Iisque vocibus universus populus Israel acclamabat: *Fiat, fiat.*¹⁾

Interea, caelestium beneficiorum auspiciem, paternaeque Nostrae benevolentiae testem, vobis, Venerabiles Fratres, et clero populoque universo, vestrae fidei vigilantiaeque commisso, Apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die XII Septembris MDCCCXCVII, Pontificatus Nostri anno vicesimo.

Leo PP. XIII.

¹⁾ Heb. XII, 22. — ²⁾ *Splendor paternae gloriae*, die 26 Febr. 1491. — ³⁾ *Consueverunt RR. PP.*, die 17 Sept. 1569.

¹⁾ Iud. XIII, 23 et seqq.

Verordnung des Ministeriums des Innern vom 10. August 1897, Nr. 23.382, betreffend die Matrikenauszüge ungarischer Staats angehöriger.

Die k. k. Landesregierung hat mit Erlaß vom 18. August 1897, Nr. 12.430 eine neuerliche Weisung des Ministeriums des Innern, betreffend die Matriken-Auszüge ungarischer Staatsangehöriger, anher eröffnet, welche lautet:

„Zufolge Erlasses des hohen k. k. Ministeriums des Innern vom 10. August l. J., Z. 25.382, und mit Bezug auf das h. ä. Schreiben vom 10. December 1896, Z. 18.473, wird das hochwürdige Ordinariat höflichst ersucht, die mit der

Matrikenführung betrauten Seelsorger der Diözese gefälligst anweisen zu wollen, in den von ihnen ausgefertigten Matrikenauszügen ungarischer Staatsangehöriger außer der ungarischen Zuständigkeitsgemeinde, wenn thunlich, auch das Comitat, in welchem dieselbe gelegen ist, anzuführen.“

Vorstehender Erlaß wird den hochwürdigen Herren Matrikenführern zur Befolgung hiemit mitgetheilt.

Verordnung, betreffend die Dispensation vom Eheaufgebote hinsichtlich ungarischer Staatsangehöriger im Auslande.

Die k. k. Landesregierung hat unterm 6. August 1897, Nr. 10.994, Nachstehendes anher mitgetheilt:

Das königl. ungarische Justizministerium hat mit der an das k. k. Ministerium des Innern gerichteten Note vom 6. Mai 1897, Z. 20.923, in der Absicht etwa auftauchenden Zweifeln zu begegnen, darauf aufmerksam gemacht, daß es nach ungarischem Eherechte (§§ 113, 27 und 36 des ungarischen Gesefartikels XXXI. vom Jahre 1894) den ungarischen Staatsangehörigen, welche im Auslande zu einer Ehe schreiten wollen, in dem Falle einer mit nahem Tode drohenden Krankheit eines der beiden — auch des nichtungarischen — Nupturienten gestattet ist, auch ohne Verkündigung in Ungarn, beziehungsweise auch ohne Erwirkung der Dispens von derselben die Ehe zu schließen.

Hievon beehrt sich die Landesregierung dem hochwürdigen fürstbischöflichen Ordinariate zufolge des im Einvernehmen mit dem k. k. Justizministerium und dem k. k. Ministerium für Cultus und Unterricht anher ergangenen Erlasses des hohen k. k. Ministeriums des Innern vom 15. Juli 1897, Z. 14.906, mit dem höflichen Ersuchen die Mittheilung zu machen, die kirchlichen Trauungsorgane der Diözese hierauf entsprechend aufmerksam machen zu wollen.

Zur Vermeidung allfälliger Mißverständnisse wolle das hochwürdige Ordinariat die Seelsorger jedoch darauf aufmerksam machen, daß es sich hierbei selbstverständlich nur um eine Erleichterung der Eheschließung handelt, welche das ungarische Gesef als Personalstatut den ungarischen Staatsangehörigen gewährt, und daß daher neben derselben alle jene Vorschriften vollkommen unberührt und aufrecht bleiben, welche das österreichische Recht in Bezug auf die Voraussetzungen und die Form der Eheschließung vor österreichischen Trauungsorganen insbesondere auch für den Fall naher Todesgefahr statuirt.

Gleichzeitig wird dem hochwürdigen fürstbischöflichen Ordinariate im Nachhange zu der h. ä. Intimation vom 24. Juni l. J., Z. 8495, ein Abdruck der vom hohen k. k. Ministerium des Innern anher übermittelten Übersetzung einer Verordnung des königl. ungarischen Ministers des Innern vom 7. Jänner 1897, Z. 11, betreffend die Dispensation vom Eheaufgebote zur gefälligen weiteren Veranlassung im Sinne der citirten h. v. Note höflichst mitgetheilt.

Abdruck

einer Uebersetzung des königl. ungar. Ministers des Innern, ddo. 7. Jänner 1897, Z. 11, über die Dispensation vom Eheaufgebote.

§ 1.

Zur Ertheilung der Dispensation vom Eheaufgebote ist der erste Beamte desjenigen Municipiums zuständig, in dessen Amtsprengel der zur Anordnung des Eheaufgebotes berufene Matrikelführer seinen Amtssitz hat. (Justizministerial-Instruction Z. 27.243 ex 1895 J. M., § 2.). Sind zur Dispensation vom Eheaufgebote die ersten Beamten mehrerer Municipien zuständig, so haben die Ehewerber freie Wahl zwischen denselben.

Wenn der erste Beamte des Municipiums das Gesuch um Dispensation abweist, können sich die Ehewerber um Dispensation an den Minister des Innern wenden.

§ 2.

Beim Ansuchen um Dispensation sind die Geburtszeugnisse beider Ehewerber oder diejenigen Documente, welche die Geburtszeugnisse zu ersetzen geeignet sind, ferner jene

Schriften vorzulegen, aus welchen hervorgeht, daß zwischen den Eheverbern kein Ehehindernis obwaltet. (Justizministerial-Instruction Z. 27.243/1895 Z. M. § 7.)

Schriftstücke, welche in einer dem ersten Beamten des Municipiums überhaupt nicht oder nicht genügend bekannten Sprache verfaßt sind, müssen von den Parteien auf eigene Kosten mit beglaubigter ungarischer Uebersetzung versehen werden.

Die Gesuche um Dispensation unterliegen laut Gebürentarifpost 34 einer Stempelgebühr von 50 Kreuzern per Bogen, die Beilagen aber einer Stempelgebühr von 15 Kreuzern per Stück und Bogen.

§ 3.

Dispensation kann nur dann erteilt werden, wenn die Eheverber in eigener Person mündlich, oder in beglaubigter Urkunde erklären, daß nach ihrem besten Wissen zwischen ihnen kein Ehehindernis obwaltet.

Wird die Erklärung in eigener Person mündlich abgegeben, so ist dieselbe zu Protokoll zu nehmen. Das Protokoll ist laut Gebürentarifpost 79 Punkt c) stempelfrei, wenn jedoch in das Protokoll auch die Bitte um Dispensation aufgenommen wird, so unterliegt das Protokoll laut Gebürentarifpost 52 Punkt A. 1. einer Gesuchs-Stempelgebühr von 50 Kreuzern.

Wird die Erklärung schriftlich abgegeben, müssen die bezüglichen Documente durch einen königl. öffentlichen Notar, königl. Bezirksrichter, Oberstuhlrichter, Bürgermeister, durch die Gemeindevorsteherung oder den staatlichen Matrifkenführer beglaubigt sein.

§ 4.

Die Dispensation kann nur im Falle triftiger Billigkeitsgründe erteilt werden. Ob solche Umstände vorhanden sind, welche die Ertheilung der Dispensation billig erscheinen lassen, ist nach Maßgabe des einzelnen Falles zu beurtheilen.

Stehen der Eheschließung sonstige Hindernisse entgegen, die mittelst Dispensation behoben werden können, z. B. Ehemündigkeit, Blutverwandtschaft u. s. w., so ist die Dispensation vom Aufgebote erst dann zu gewähren, wenn den Eheverbern von diesem sonstigen Hindernisse die Dispensation bereits erteilt wurde.

§ 5.

Die zur Gewährung der Dispensation berufene Behörde ist berechtigt, sowohl das ganze Aufgebote, als auch dessen einzelne Theile, z. B. die Veröffentlichung des Aufgebotes mittelst Zeitung nachzusehen; sie ist weiters auch berechtigt, die Aufgebotsfrist zu verkürzen.

§ 6.

Die Dispensation ist tagfrei und laut Gebürentarifpost 34 stempelfrei.

§ 7.

Die Dispensation hat außer der Verfügung über die Dispensation auch die Aufzählung der auf beide Eheverber bezughabenden wesentlichen Daten, sowie die Bemerkung zu enthalten, daß die Dispensation vom Aufgebote die Eheverber vom Nachweise der übrigen gesetzlichen Erfordernisse der Eheschließung nicht befreit.

Als zweckgemäßes Muster des Dispensationsdecretes kann folgende Formel benützt werden:

„Dispensation.

Dem (Name des Bräutigams) geboren am in, (Religion), wohnhaft in, Beschäftigung, Sohn des (Vater des Bräutigams) und der (Mutter des Bräutigams) und der (Name der Braut), geboren am, in, (Religion), wohnhaft in, etwaige Beschäftigung Tochter des (Vater der Braut) und der (Mutter der Braut) erteile ich hiemit auf Grund des § 57 des Gesetzartikels XXXIII vom Jahre 1894 die Dispensation vom Eheaufgebote.

Diese Dispensation befreit die Eheverber nicht vom Nachweise der übrigen gesetzmäßigen Erfordernisse der Eheschließung.“

§ 8.

Wird die Dispensation erteilt, hat die zur Dispensation berufene Behörde, falls die Eheverber die im Sinne des § 57 des G. N. XXXIII. vom Jahre 1894 erforderliche Erklärung schriftlich abgegeben haben, die bezügliche Erklärung zurückzubehalten, die übrigen Schriften aber den Parteien auszufolgen. Wird die Dispensation verweigert, erhalten die Eheverber sämtliche Documente zurück.

§ 9.

Wenn um Dispensation vom Aufgebote in Ungarn in Betreff einer solchen Ehe angefragt wird, welche von einem in Ungarn gemeindefreiständigen ungarischen Staatsangehörigen (ob Mann oder Weib) in Kroatien, Slavonien oder im Auslande geschlossen werden soll, ist nach § 8 der am 12. Februar 1896, Z. 7870 Z. M., erlassenen Verordnung der Minister der Justiz und des Innern vorzugehen und sind auch der Absatz 4 des § 2, ferner § 4 dieser citirten Verordnung entsprechend anzuwenden.

Auf Bitte der Parteien hat der erste Beamte des Municipiums die erteilte Dispensation sammt allen Schriften — mit Ausnahme der im § 57 des G. N. XXXIII vom Jahre 1894 erwähnten und im Archive zurückzubehaltenden Erklärung — sowie sammt den vorgelegten Werten, dem königl. ung. Justizminister zu unterbreiten und zwar behufs Ausstellung der im Sinne von § 59 des G. N. XXXIII vom Jahre 1894 darüber auszufolgenden Bescheinigung, daß gegen die Ehe nach den Gesetzen Ungarns kein Hindernis

obwaltet. Das Gesuch um Dispensation oder das über die Bitte aufgenommene Protokoll unterliegt auch in diesem Falle nur einer Stempelgebühr von 50 Kreuzern, ferner jede Beilage, die ertheilte Dispensation mit inbegriffen, einer Beilagen-Stempelgebühr von 15 Kreuzern.

Außerdem entfällt Ein Gulden Stempel auf die im Sinne des § 59 des G. N. XXXIII vom Jahre 1894 auszustellende Bescheinigung. Einem Gesuche aus dem Auslande kann anstatt von Stempelmarken auch deren Geldwert beigefügt werden. Damit den Parteien die Justizministerial-Bescheinigung sammt den übrigen Schriften im Wege der

Post nach dem Auslande franco zugestellt werden könne, ist auch das Post-Porto vorzulegen.

Für die richtige Abschrift.

Wien, am 15. Juli 1897.

Fromm m. p.
I. I. Director.

Was den hochwürdigen Pfarrämtern im Nachhange zur hieramtlichen Weisung vom 9. Juli 1897 (Diöcesanblatt Nr. IV. de 1897 pag. 57) zur Darnachachtung mitgetheilt wird.

44.

Erlaß des k. k. Ministeriums des Innern vom 4. August 1897, Nr. 23.882, betreffend die Todtenscheine belgischer Staatsangehöriger.

Die k. k. Landesregierung hat unterm 3. September 1897, Nr. 12.207, anher Nachstehendes eröffnet:

„Das hohe k. k. Ministerium des Innern hat in dem Erlaße vom 4. August l. J., Zahl 23.882, auf Grund der Wahrnehmung, daß an dasselbe nur selten Todtenscheine von in Oesterreich verstorbenen belgischen Staatsangehörigen gelangen, die Vermuthung ausgesprochen, daß die Ministerial-Verordnung vom 5. Juni 1871 N.-G.-Bl. Nr. 53 (Ministerial-Erlaß vom 5. Juni 1871, Z. 2411 M. Z.), betreffend die Übereinkunft zwischen der österreichischen und belgischen Regierung wegen gegenseitiger Uebermittlung der Todtenscheine

der beiderseitigen Staatsangehörigen, bei den Matrikenführern in Vergessenheit gerathen sei.

Ueber Aufforderung des genannten Ministeriums beehrt sich die Landesregierung das hochwürdige Ordinariat mit Bezug auf das Schreiben vom 18. Juli 1871, Z. 4075, höflichst zu ersuchen, die oberwähnte Verordnung den mit der Matrikenführung betrauten Seelsorgern der Diöcese zur genauen Darnachachtung in Erinnerung bringen zu wollen.“

Hievon werden die hochwürdigen Herren Matrikenführer mit Beziehung auf den hieramtlichen Erlaß vom 18. August 1871 (Kirchl.-Verordn.-Blatt de 1871, Nr. XXIX, pag. 214) zur genauen Darnachachtung hiemit verständigt.

45.

Konkurzni razpis.

Razpisane so sledeče župnije: Preska v dekaniji ljubljanski, Gojzd v dekaniji kamniški, Dragatuš v dekaniji semiški, Ledine v dekaniji idrijski in Osilnica v dekaniji kočevski.

Prošnje za župnije Preska, Gojzd, Ledine in Dragatuš so obrniti na visoko ces. kr. deželno vlado v Ljubljani; za župnijo Osilnico pa na svitlega kneza Karola Auersperga.

Zadnji rok za vlaganje je 12. november 1897.

46.

Škofijska kronika.

Kanonično vmesčeni so bili čč. gospodje: Ivan Cebašek na župnijo Črni vrh nad Polhovim Gradcem, 25. avgusta; Rudolf Gregorič na župnijo Lozice, in Anton Antončič na župnijo Planina pri Vipavi, 30. avgusta; Štefan Rihar na župnijo Studeno, 3. septembra; Matija Mrak na župnijo Bohinjska Bela, 18. septembra, in Ivan Nagode na župnijo Trebnje, dné 30. sept. 1897.

Gospod Rok Merčun, podravnatelj in ekonom v duhovskem semenišču, imenovan je učiteljem za mestne ljudske šole v Ljubljani, na njegovo mesto je pa prestavljen gosp. Mihael Bulovec, kapelan pri sv. Petru v Ljubljani.

Premeščeni so naslednji čč. gospodje: spiritual dr. Frančišek Ušeničnik iz Alojzijevišča kot spiritual v

semenišče, kapelan Ivan Renier od sv. Jakoba v Ljubljani v Kranj, dr. Gregorij Pečjak iz Žužemberka k sv. Jakobu v Ljubljano, Ivan Trpin z Iga kot beneficijant v Šmartno pri Litiji, dr. Ivan Muring iz sv. Vida pri Stični na Ig, Matija Kastelic iz Kostanjevice v Št. Vid pri Stični, Alojzij Šarec iz Planine v Šmartno pri Kranju, Viljem Mlejnik z Vinice kot drugi kapelan v Semič, Anton Žnidaršič iz Vipave kot ekspozit na Razdrto, Karol Čik iz Hrenovic kot kapelan in Kozlerjev beneficijant v Kočevje, Josip Koblar iz Škofje Loke v Hrenovice, Josip Brešar iz Postojne v Škofjo Loko, Jernej Bernard iz Blok kot prvi kapelan v Postojno, Karol Jaklič iz Dobrnič kot beneficijant na Vače, Anton Poljšak z Brezovice v Sostro, župni upravitelj Frančišek Sturm s Suhorja kot kapelan v Podzemelj, Ivan Dolinar iz Črnomlja v Stari Trg pri Ložu, Ivan Lovšin iz Kočevja kot župni upravitelj v Ebenthal, beneficijant Jakob Pavlovčič z Vač kot župni upravitelj na Suhor, kapelan Ivan Jelenec iz Sostrega kot župni upravitelj na Ledine, Josip Benkovič iz Naklega kot spiritual v Alojzijevišče, Luka Smolnikar z Vrhnike v Ljubljano kot korni vikar in kapelan pri stolni cerkvi, Ivan Rihtaršič iz Lašič na Vrhniko, Frančišek Žvan iz Grada v Kranj, Frančišek Pavlič iz Kranja v Ljubljano k sv. Petru, Frančišek Traven iz Dobrépolj v Naklo.

V knezoškofijsko duhovno semenišče so sprejeti naslednji gospodje: Ivan Bešter iz Selc, Jožef Cuderman iz Trstenika, Ivan Erjavec iz Preske, Frančišek Erzar iz Št. Jurija pri Kranju, Frančišek Gaberšek iz Homca, Jakob Kalan iz Dobráve pri Kropi, Adolf Knol iz Ribnice, Miha Kogovšek iz Št. Vida pri Ljubljani, Anton Lombar iz Trstenika, Ivan Lomšek iz Cerkelj pri Krškem, Jožef Mencej iz Iga, Ignacij Miklavčič iz Škofje Loke, Anton Merkun iz Iga, Matija Okorn iz Št. Jurja pri Kranju, Andrej Pavlin iz Cerkelj, Jožef Pravhar iz Voklega, Jakob Razboršek iz Čemšenika, Frančišek Sever iz Škofje Loke, Frančišek Šparovec iz Dupelj, Frančišek Vidmar iz Ajdovca, Alojzij Volc iz Podkorena, Ignacij in Ivan Zaplotnik iz Gorič.

Novo so nameščeni čč. gospodje: Ivan Jereb kot drugi kapelan v Žužemberku, semeniški duhovnik Ivan Baloh kot kapelan v Kostanjevici, Leonard Zupan kot kapelan v Planini, semeniški duhovnik Ivan Smukavec

kot kapelan na Blokah, Anton Jerič kot kapelan na Brezovici, semeniški duhovnik Ivan Žavbi kot kapelan v Hinjah, Josip Eppich kot kapelan v Doberničah, Jakob Ramoveš kot kapelan v Lašičah, Evgen Lampe kot kapelan v Gradu. Ivan Sever kot kapelan v Črnomlju.

V knezoškofijsko deško semenišče, Alojzijevišče, so za l. 1897/8 sprejeti naslednji stari gojenci: Grivec Frančišek iz Ajdovice, Kimovec Frančišek iz Cerkelj, Klemenec Ivan iz Slavine, Podlipnik Jožef iz Boštanja, Prijatelj Ivan iz Dobrépolja, Voljč Jakob z Vrhnike, Volk Matija iz Ovsiša, Vrhovec Frančišek z Brezovice, Ahačič Matej iz Tržiča, Logar Jožef iz Metlike, Pečarič Martin iz Metlike, Pirc Jožef iz Velesovega, Štular Martin iz Metlike, Vovko Frančišek iz Škocijana pri Dobrávi, Jeglič Ivan iz Podbrezja, Klopčič Luka iz Radolice, Kostelec Martin iz Metlike, Kreč Ivan iz Dola, Perko Ivan iz Poljan, Podbevšek Jernej iz Vranje peči, Pogačnik Lovro iz Kamne gorice, Sojar Anton iz Spodnje Šiške, Sušnik Anton iz Mekin, Šarabon Vincencij iz Tržiča, Žnidaršič Anton iz Dobrépolja, Bukovnik Janez iz Ljubljane, Dolinar Jožef iz Cerkelj, Hacin Jožef iz Cerkelj, Konda Jakob iz Semiča, Kralj Alojzij iz Višnje gore, Kurent Alojzij iz Višnje gore, Novak Alojzij iz Trnovega, Peterlin Viktor iz Ribnice, Prijatelj Vladimir iz Novega mesta, Princ Mihael iz Kamne gorice, Sever Maksimilijan iz Loškega potoka, Štrubelj Janez s Police, Ažman Ciril iz Št. Jurija pod Kumom, Ciber Jakob z Iga, Dolenc Matej iz Postojne, Jere Frančišek z Lipoglavega, Kogovšek Ivan iz Št. Vida nad Ljubljano, Urbas Janez z Blok, Volk Jožef iz Trnovega, Zorko Frančišek z Vač. — Na novo so sprejeti: Drol Ivan iz Sorice, Golè Anton iz Dobrniča, Bajuk Marko iz Metlike, Brecljnik Alojzij iz Št. Vida pri Ljubljani, Burgar Anton iz Ribnice, Govekar Frančišek iz Smljednika, Kepec Ivan iz Cerkelj, Kraševac Alojzij iz Trnovega, Lah Ivan iz Trnovega, Lamut Anton iz Dragatuša, Lovšin Ivan iz Ribnice, Pirc Ignacij iz Ajdovice, Uršič Frančišek iz Št. Vida pri Vipavi, Škrbec Anton iz Starega trga pri Ložu.

Umrla sta čč. gospoda: Frančišek Tavčar, ekspozit pri Št. Joštu, dné 23. avgusta in Martin Derčar, župnik v Preski, 29. avgusta.

Priporočata se v molitev častiti duhovščini.

Knezoškofijski ordinarijat Ljubljanski, dné 30. septembra 1897.